



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XXV. De Actu v. infra Eventus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Sigism. Scacc. de appellat. quest. 18. li. m. 7. n. 23. Dyn. conf. 24. *Questio. talis est.* Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 119. Pute. decis. 316. alias 307. lib. 2. in correctis. Actor enim & reus sunt correlativa, Mari. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 9. n. 3. & à pari procedunt, l. ult. C. de fructib. & litium expens. c. 2. de mutuis petit. Gabr. commun. tom. 3. tit. de clausulis, concl. 1. à num. 66. Valasc. conf. 25.

Amplia in casu converso, quia quod conceditur actori, censetur etiam concessum reo, ideo si actor obtinuit reum citari, ut personaliter compareat, debet pariter actor comparere personaliter, & è contra, quia sunt correlativi, gloss. verb. voluerit, in Clem. saepe, de verb. signif. Gemin. in cap. 1. de dolo, & contrum. lib. 6. Card. Tusch. d. concl. 119. num. 2. Unde provenit, quod si actor impetraverit causam conventionis summarie tractari, pariter erit summaria causa reconventionis rei, gloss. d. verb. voluerit. Card. Tusch. d. concl. 119. num. 3. ubi num. 4. subdit propterea quod si actor impetravit jus iniquum, debet pati pariter retorsionem ejusdem juris iniqui in se ipso. Unde etiam fit, ut si actor examinavit testes ad colorandam possessionem, super petitorio suspensio, debeat reo pariter licere testes in petitorio ad discolorandam possessionem non obstante suspensione praedicta examinare, Oldrad. conf. 311. n. 2. quem refert Card. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 306. n. 1.

Unde si actor dolo rei, & reus dolo accusatoris impediatur, ne vocati in jus veniant, neuter poterit accusari. l. fin. §. sed et si stipulator ff. ne quis eum, qui. (Ita quidem ap. Farinac. & Barbosa legitur: Sed perperam. Est enim l. ult. §. si stipulator dolo promissoris. 3. de eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistant) Farinac. fragment. crimin. p. 1. lit. D. num. 117.

(Nota quod haec iudiciorum aequalitas maxime sit servanda in medio litis, ut veritas indagetur, in ipso nempe termino probatorio, alias enim frequenter fallit. nam ab initio ad fundandos processus semper magis favetur actori arg. l. 8. Qui satisd. cog. Gail. 1. observ. 22. n. 4. & 1. obs. 31. n. 12. adde Bart. ad d. l. 8. in princ. & Jaf. n. 2. textus in leg. 66. de iud. gloss. in cap. cum

ad sedem, in verb. cum pertinentiis de restit. spol. Bald. in l. n. 17. vers. hoc promissio. cap. de iis qui accus. Castr. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. n. 5. de verb. oblig. in fine autem favorabiliores rei partes sunt l. favorabiliores R. I. & ib. Dec. idem conf. 109. n. 1. per textum in §. Commodum. Inst. de interd. & c. litoris. & ibid. Panorm. n. 1. de prob. Gail. d. obs. 22. n. 11.)

## CAP. XXV.

De Actu v. infra  
Eventus.

## Axioma I.

Actum humanorum duo potissimum sunt principia connexa voluntas & potestas, l. multum interest C. si quis alteri vel sibi Klock. de contrib. c. 12. n. 55. Quibus recte tertium potest adjungi, honesta scilicet & iusta causa ac forma. arg. cap. cum super 23. de offic. & pot. jud. deleg. Donell. 6. Comm. 26. pr. Rein-king. lib. 3. jur. pub. class. 1. cap. 2. n. 21. Menoch. consil. 75. n. 34. & consil. 103. 51. quod eleganter in omni voluntate demonstrat Pet. Greg. 42. syntag. 7. num. 1. Late & exquisite D. D. Bitsch. de iurejur. in lit. praef. th. 16.

## II.

Actum contrarium faciens primo ab illo recedere praesumitur, cap. sollicitudinem 54. de Appell. Menoch. 6. praesumpt. 38. n. 10. & ex eo Gilhaus. de praesumpt. cap. 6. part. 7. §. 141. num. 2.

## III.

Omnibus Actibus & dispositionibus inest clausula rebus sic stantibus, l. cum quis 38. de solut. Mant. de Tac. & ambig. convent. libr. 2. tit. 4. n. 91. & seqq. vid. Carpz. 6. conf. 62. n. 27. & p. 2. Consil. 31. def. 23. per tot. ubi rationem, ampliationes & limitationes hujus regulae eleganter exponit. Verum cum haec regula magis ad clausulas pertineat hic subfistit v. supra in loc. de accidenti, axiom. 4.

## IV.

Actus imperfectus regulariter non tollit perfectum. l. 20. de testam.

Exipe in materia testamentaria, Sic 1. si in testamento posteriore coram 5. testibus factus heredes instituti, qui ab intestato venturi essent, in priori non erant instituti, tum enim primum testamentum rumpitur. leg. 2. de in iust. rupt. & in leg. 22. §. 2. C. de test. 2. Sic testamentum posterius coram tribus testibus factum sit & testator decem adhuc annos vixerit, l. 27. C. de testam. tum enim ob favorem praesumptae enixae voluntatis actus posterior imperfectus tollit priorem perfectum.

V. Actus



## V.

Actus facti potentior est quam actus verbi: *l. nostram pen. ibi: siquidem testator. C. de testam. iunct. §. penult. l. quib. mod. test. infirm. c. 2. de pan. in 6.*

Hinc in donatione non requiritur expressant acceptationem donatarii, sed sufficere taciturnitatem praesentis, *Covar. tom. 1. de test. 3. p. rubr. n. 19. statuit.*

## VI.

Actus vitatur quotiens in eum casum incidit, a quo incipere non potuit. Fundatur haec reg. in §. ex contrario. 14. *Instit. de Legat. l. 98. in fin. de V. O. l. 71. de fideiuss.*

Exempla in iure passim occurrunt in §. 2. l. de Inut. stip. l. 3. *Sault. de his quae pro non scriptis. l. 11. de servitut.*

Non tamen haec regula omni caret dubio: & sane e diametro contrarium axioma proponit JCtus in l. 85. §. 1. de R. I. & Pontifex in c. factum 73. de R. I. in 6. Quod nec suis destituitur in iure exemplis, in stip. viae id docet l. 2. §. ex his 2. *Verb. Obl. de in servitute acquisita. l. 8. §. 1. de servit. in legato nominis l. 5. ad Leg. Valcid.*

Declarari potest haec difficultas cum *Bach. in Comment. ad l. 20. de stat. hom.* quod regula proposita fallat. (1.) In illis actibus quae semel obtinuerunt suam perfectionem l. 8. de his qui sui vel al. iur. Ita cecitas non remouet aliquem a magistratu, l. 1. §. 5. *vers. sed melius. de postuland. vid. Amayam ad leg. 46. C. de decur. n. 61. Revard. ad l. 85. §. 1. de R. I. & servitus, licet per partes acquiri non possit, per partes tamen retinetur, d. l. 8. §. 1. de servit. Ea enim quae ab initio rite constituta sunt, non ita facile dissoluntur. Ostermann. in rat. ad dist. §. 2.*

2. Limitatur, quod regula procedat tantum in illis supervenientibus, quae actum in suis substantialibus & essentialibus afficiunt, non quae circa accidentia versantur. Sic enim furor statim non dicitur mutare aut dignitatem, quia morbus est accidentis & plerumque non perpetuum. *add. Gif. ad leg. 140. §. 2. de V. O. & Ostermann. ad d. §. 2.*

Ubi simul limitationis loco adiungit: quod nimirum regula supra dicta sit accipienda de vitiis, quae non temporaria sunt, sed universam temporis seriem complectuntur & indefinita sunt, l. 3. §. 1. *ususfruct. quemad. caveat.* Nam si vitium sit temporarium tantum veluti si praeteritum tantum afficit, futura non inhibet. *leg. 22. §. 5. Mand. l. 27. §. 3. de pass.*

A quibus non multum abhorret distinctio *Harprechtii ad §. 2. l. quib. non est permittendum fac. testam.* qui distinguit inter vitia iuris seu iuris dispositione venientia & inter vitia facti non meri, velut Cap. deminuto, captivitas &c. & denique facti meri. Haec enim actum perfectum non afficiunt. *vid. d. §. 2. & seq.*

## VII.

Actus tendens ad perimendum jus aliquod non debet ejus contrarium operari, *l. cum tale 72. §. fin. ff. de cond. & demonstr. Nec solet eadem dispositio contrarios producere effectus, l. qui hominem 34. §. fin. ff. de solut. & in l. cum is. 32. §. 1. de condit. indeb. Ferr. in for. resp. rei convent. vers. salvis aliis. n. 9. v. infra §. 37.*

## VIII.

Actus civiles aliis non profunt regulatiter, ut exemplum est in litis contestatione, secus in naturalibus, l. 2. *Cod. de acquirenda poss. ubi gl. & in l. 5. ff. de usucap.*

## IX.

Actus Reciproci communibus Regulis non includuntur, l. 7. §. 2. de don. int. vir. & uxor. l. 11. C. de transact.

## X.

Actus simulatus nullius est momenti. *l. contractus. 54. de oblig. & action. l. 16. de R. I. l. simulata 30. de Rit. nupt. v. infra loc. de simulatione.*

## XI.

Momentaneus actus non consideratur l. 30. d. R. N. l. 48. de R. I.

## XII.

Actus unius in alterius praedictum nihil operatur. *l. non debet. 74. de R. I.*

Amplia etiam si actus ille maxime sit favorabilis, *princ. Institut. quib. man. non licet.*

## XIII.

Actus si non valet eo modo quo fit, nec valet eo modo quo potest. *l. 1. de Jure Cod.*

Hoc procedit quotiens actus peccat in forma. *l. cum hi 8. §. si prator 17. de transact. secus si in materia, tum enim valet omni meliori modo quo potest l. si unus 27. §. si acceptilatio 9. de pati. Bart. in l. 1. inf. pr. de Vulg. & Pub. substit.*

## XIV.

Actus necessarius nullum habet incrementum, *l. rem legatam 8. ff. de Adim. leg. l. unum ex familia 67. §. 1. de leg. 2. l. 29. pr. ff. de donation. leg. 82. ff. de Reg. Jur. Et ideo premium non meretur, l. ita tamen 27. §. qui suspectam. 2. ff. ad SC. Treb.*

## XV.

Actus ad quem quis ex contractu, laudo, sententiaque obligatus est, si sua natura effectus successivos habet, uno momento non impletur, sed temporis continuationem & perseverantiam requirit, text. est in l. 3. de ususfruct. Bart. Bald. Alex. & recentior. in l. inter Castellianam 44. ff. de recept. Arb. Angel. Imol. & Raphael Cuman. in l. si fideiussor 49. de leg. 1. Idem voluit Ang. in l. pen. §. fin. ff. de acquirend. poss. Nisi enim factum duret, & continuetur, fecisse quis non dicitur: Et ideo prius latae sententiae executio iterum



peti potest. Quod clarissime in possessorio retinenda apparet, si enim victus victorem momentum non turbando satisfaceret sententia, certe parum ei foret consultum. *vid. Bart. cons. 232. vers. forte vero. num. 12. lib. 3.* & eleganter hac tractans *Job. Baptist. Affinius in sua practica jud. tit. de sent. execut. cap. 2. ampliat. §.* Generaliter enim verum est, quod quæ in actu juris successive non durant, acta non esse videantur. *l. si pro parte 10. §. 6. ibi: versum autem sic accipimus, ut daret versum, de in rem vers. Unde & Salycet. in l. 5. C. qui pot. in pig. concludit, quod debitor qui pecuniam consignatam & depositam recepit, beneficium, quod per depositionem acquisivit, amittat. Idem refert & probat Boer. decis. 23. n. 33. & copiose Frid. de process. extrab. lib. 2. c. 16. n. 4. & §. 5. & lib. 1. c. 36. n. 17. Spec. de arbitris & arbitrat. §. fin. vers. sed pone arbitrer debet. vers. Quod non videatur restituere, nisi daret restitutum.*

## XVI.

Actus validus tollitur per inutilem & invalidum, exemplum est in *l. planè 34. de leg. 1. l. 20. de adimendis legat.*

Hæc regula proponitur & septem limitationibus declaratur à *Jasone in d. l. planè. num. 1. & seqq. adde Gothofred. ad d. l. 20. in not. lit. S.*

## XVII.

Actus agentium non potest esse in suspensio. Hoc tamen non omni caret dubio, sed variè inter se pugnant *l. usufruct. 26. de Stip. Serv. l. si servus 21. eod. l. 3. de serv. l. ult. Comm. præd.*

*Id.* communiter inter actus inter vivos & ultimas voluntates distinguunt, ita ut isti possint esse in suspensio, hi non item per *d. l. ult. Comm. præd.* Sed hæc distinctio rem non absolvit.

Plenioris E. explicationis gratia, primo distinguendum inter actus inter vivos & mortis causa.

Isti vel sunt extrajudiciales ut contractus, vel judiciales. Quod contractus attinet subdistinguo, an quaratur de validitate contractus, an de acquisitione ex contractu? Quoad priorem questionem nec actus inter vivos possunt esse in pendentia, *d. l. 21. & 26. de stip. serv. Posteriori possunt l. ult. Comm. præd.* Quod judiciales actus attinet, certum est in pendentia esse non posse, nec judicium de futura obligatione concipi. *l. 35. de jud. Quamvis ipsa executio ex rationabili causa rectè suspendi queat. l. 40. ad l. Aquil.*

Fallunt tamen dicta quotiens simul debitum præsens & futurum in petitionem deducitur, velur si annum vel menstruum peratur, *l. 1. C. de fideicomm.* ne scilicet actor singulis annis cogatur super jure suo protestari, si non simul & præsentem torum petere potest. *l. 1. §. 2. de usur.* Denique restringen-

da ea regula, ut procedat tantum quoad judicii instantiam, fallat quoad sententiam, nam etiam si sub conditione sententia dici non debeat, si tamen dicatur, non facit judicium ipso jure nullum. *l. 1. §. 5. Quando appelland.* In articulo mortis causa distinguendum, an dies cesserit vel non: ante diei cessionem rectè suspenduntur. *l. 3. de servit. leg. 1. 26. de usufruct.* non tamen post diei cessionem. *Adde Bart. ad l. ult. Comm. præd.*

## XVIII.

Actus & potentia simul in eodem subjecto esse non possunt. *§. sic itaque 14. Inst. de adm. sed excludit potentiam. l. si ita fuerit 41. de man. test.*

## XIX.

Actui potentia proxima pro actu habetur. *l. 43. de test. milit.* quia quod parum abest nihil abesse dicitur *gloss. in d. l. pen. Bart. in l. 1. §. si ad SC. Syl. Jas. in l. admonendi. l. test. n. 56. Tirag. in tract. de retrait. in tit. de contr. conven. §. 1. gl. 4. num. 1. Jas. l. test. 40. ff. si cert. pet. l. 1. §. quæ onera ff. quar. rerum act.* Sic & conatus actui proximus pro ipso facto habetur, quod præsertim in delictis procedit, *l. 1. §. 3. ad L. Corn. de Scar. quin & in fœderibus gravioribus quandoque conatus remotior pro facto habetur. l. 5. C. ad L. Jul. Majest. secus in levioribus, & de hodierna consuetud. Carpz. tract. crimin. p. 2. quest. 7. adde infra potentia. Conatus.*

## XX.

Actus limitatus limitatum producit effectum. *l. age cum Geminio 3. C. de transact. arg. l. in agris 16. ff. de A. R. D. Bart. in l. 1. n. 8. de pecul.*

## XXI.

Actus debet regulari secundum statuta loci ubi celebratur. *l. 3. §. ult. de testibus l. si non specialib. 9. de testam. l. 1. C. emancip. & alii textus citat. à Carpz. cons. tit. 9. cons. 96. n. 8. & 2. cons. tit. 1. Resp. 15. n. 10.*

Unde quoties sanctio vel statutum certam requirit qualitatem, qualitas illa est probanda. *leg. 7. §. cum hoc editum 2. ubi Bart. num. 1. ff. quib. ex caus. in poss. l. unic. §. ait Prætor. 3. Ne quid in flumin. pub. leg. 5. §. 2. Ne quis eum. l. 4. §. 12. de vi bon. rapt. add. Andreas Alciat. in leg. 1. §. ult. de V. O. Hypp. de Marf. in l. si quis. ff. de quest. n. 153. & seq. Cephal. 4. cons. 504. num. 24. quod eo magis procedit, quando dispositio statuti vel legis est odiosa. l. interpretatione 42. ff. de pan. Salyc. in auth. Minoris. C. qui dar. tut. vel curat. num. 10. vers. & quia hæc rapt. Fulgos. consil. 20. num. 18.*

## XXII.

Actus per se invalidus per quinquennale tempus convalescit.

Declarari debet hæc regula, quod procedat in actibus non omnino vitiosis, sed in quibus solennitas aliqua deficit. Exemplum est



est in l. ult. C. si major. fact. alien. & Carpz.  
5. cons. 76. num. 6. & 7.

## XXIII.

Actus morientium majorem merentur  
favorem, quam actus inter vivos, c. cum di-  
lecti. 6. extra de donat. l. in testam. 12. d. R. I.  
5. an. de L. Fuf. Can. toll.

## XXIV.

Omnes actus ubi periculum in mora est  
etiam die feriata. c. 21. §. verum pars altera,  
extra de jud. & de nocte possunt expediri:  
ubi enim evidens est periculum in mora ne-  
que temporis habenda est ratio.

## XXV.

Ex actu etiam nullo voluntas disponentis  
colligitur & probatur. l. fin. de reb. eor. qui l.  
legatum 24. §. fin. de Adm. leg. Alex. lib. 1.  
cons. 45. num. 7. Decian. 1. cons. 3. num. 36. la-  
rissime Cephal. 3. cons. 312. n. 13.

## XXVI.

ACTUM nihil dicitur, cum  
quid superest ad agendum. l. cum Syl-  
mantum 11. ubi Jaf. n. 3. C. de his quib. ut  
indig. l. pen. C. ad Syl. l. Titia 134. ff. d.  
verb. obligat. Hippol. cons. 122. n. 15.  
Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 8.  
quest. 8. n. 42. & num. 97. Anton. Mo-  
nach. Lucen. decis. 25. num. 7. & Florent.  
decis. 19. num. 5. & Bononicus. decis. 28.  
num. 22. Girond. de privilegiis, seu  
exemptionum explicat. n. 133. Thom. de  
Thomallet. in floribus legum. reg. 199. u-  
bi ait procedere, quando illud, quod  
superest, essentiale est, & substantiale,  
secus autem si accidentale sit, & parvi  
momenti. Rot. decis. 725. n. 7. in fin. a-  
pud Farin. p. 2. recent. Sebast. de Medi-  
cis de regul. juris, reg. 5. limit. 2. Aloyf.  
Ricc. in collect. decis. pag. 7. collect. 1497.  
vers. prout factum.

## XXVII.

ACTUM qui gerit, in dubio  
presumitur magis velle, ut ille valeat,  
quam pereat. l. quoties 80. ff. de verb.  
obligat. l. quoties 12. ff. de rebus dub.  
l. 16. in fin. pr. ff. ad Sc. Trebell. l. quo-  
ties 67. ff. de Regulis juris. l. 3. de milit.  
testam. Alciat. de presumpt. reg. 3. pres.  
34. Vant. de nullit. in princip. num. 24.  
Cardin. Mant. de conject. ultim. volunt.  
lib. 2. tit. 15. a num. 2. Bruno à Sole in lo-  
cis communib. verb. actus 10. Menoch.  
de arbitrar. casu 223. num. 27. & de pre-  
sumpt. lib. 1. pr. 6. num. 5. Guier. ca-  
non. lib. 1. cap. 2. num. 4. Vide Axiom. 12.  
num. 17. & 18.

## XXVIII.

ACTUM faciens censetur se ad-  
stringere legibus loquentibus de il-  
lo, ut per Surd. consil. 347. num. 24.  
Nattam consil. 49. n. 22. Becc. consil.  
35. num. 11.

## XXIX.

ACTUM frustratorium nemo  
presumitur facere, l. 1. in fin. ff. ad mu-  
nicip. l. unic. C. de thesauris. lib. 10. Surd.  
consil. 307. Nam actus frustratorios  
lex abhorret, l. hæc stipulatio 14. §. 1. ff.  
ut elegator. seu fideicommiss. nomine cau.  
Surd. decis. 260. n. 5. cum seqq. & decis.  
276. num. 4. cum seqq. & cons. 345. n. 18.

## XXX.

ACTUM celebrare, & ei con-  
sentire, paria sunt, l. utrum 6. & l. seq.  
ff. ad leg. Pompej. de parricid. Tiraq. de  
retractu lig. §. 1. gloss. 9. vers. præterea.  
& de jure primog. q. 26. vers. tertio limi-  
ta. Cardin. Mant. de Tacitis & ambig.  
convent. lib. 4. tit. 2. a num. 12. Melch.  
Phæbos Lusit. decis. 60. num. 3. tom. 1.  
Alienare enim qui de jure non pos-  
test, alienationi consentire non valet,  
l. 3. C. si adversus donat. Bart. cons. 70. n.  
1. lib. 1. Roland. cons. 15. num. 30. lib. 1.  
Tiraq. ad leges connub. gloss. 8. nu. 147.  
Card. Pereira, de resolut. emphyt. cap. 5.  
num. 40.

## XXXI.

ACTUM non celebrare, vel mi-  
nus ritè celebrare paria sunt. Portol.  
de consortib. cap. 19. num. 8. quæ enim  
non ritè fiunt, pro non factis habentur.  
Hippol. in l. de unoquoque 47. num.  
120. ff. de re judic. & sing. 431. Tiraq. de  
retractu lig. §. 1. gloss. 10. num. 33. Perez.  
l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. pag. 517.

## XXXII.

ACTUS presumitur factus in  
executionem præcedentis tractatus,  
seu mandati, quando non exprimitur  
alia causa. l. 3. §. verum. ff. de manumiss.  
l. qui in aliena 6. §. si quis qui putabat. ff. de  
acquir. hæred. l. pignori 13 §. fin. ff. de usu-  
capon. Alciat. de presumpt. reg. 2. pres.  
24. Alex. cons. 25. n. 9. lib. 2. duplicatur  
cons. 90. Viso instrumento. num. 9. lib. 3.  
Bald. cons. 299. in princ. vers. & eodem  
lib. 1. Hippol. in l. statu liber 14. num. 8.  
ff. de question. Menoch. de presumpt. lib.  
2. pres. 74. num. 3. & lib. 3. pres. 49. n. 4.  
Card. Tusch. practic. concl. lit. A. concl.  
152. n. 1. tom. 7. lit. S. concl. 716. n. 9.  
Mascard.



Mascard. de probat. concl. 619. num. 2. & conclus. 1239. num. 8. Surd. decif. 325. num. 7. Rot. decif. 454. num. 2. apud Farin. p. 1. recent. & decif. 615. n. 2. p. 2. recent. Glorit. resp. 3. num. 12. quia tunc censetur factus secundum naturam actus, & nomine precedentis, Cravet. conf. 135. Verba decreti. num. 13. vol. 1. quem refert Paul. Fusc. lit. A. sing. 25. in fine.

Unde si fiat contractus per verba de futuro, & postea in executione talis contractus, partes faciunt contractum, secundus actus, vel contractus debet regulari à primo, in cujus executionem factus est, adeo quod si primus est pignus, secundus debeat esse pignus, Alex. conf. 156. Viso instrumento, per totum, lib. 6. prout illum refert Cardin. Tusch. d. lit. A. conclus. 130. n. 1. ubi num. 2. cum, eodem Alex. declarat hoc in tantum esse verum, quod secundus contractus factus in executionem primi, etiam si fiat ex intervallo, debeat regulari à primo: ut si possunt concordari, semper reduci debeant ad concordiam; si non possunt concordari, quatenus secundus discordet, dicitur per errorem, & sic errorem continet, maxime quando primus erat per verba de futuro.

## XXXIII.

ACTUS qui sequitur, declarat intentionem precedentem, l. si hi qui 34. vers. hi si. de adulter. §. pavonum, 15. Institut. de rerum divis. Tiraq. in l. si unquam 8. verb. donatione largitus. n. 257. C. de revocandis donation. Surd. decif. 326. n. 85. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 7. quest. 1. n. 72. Stephan, Grarian. discept. forens. c. 58. n. 25. cum seqq. ubi subdit, quod secundus actus recipit declarationem à primo, Rot. decif. 365. n. 1. in fin. apud Farin. p. 2. recent.

## XXXIV.

ACTUS regulariter tribuitur ordinanti, & non exequenti, l. item eorum 6. §. si decuriones. ff. quod cuiusque univers. nom. l. unum 67. §. 1. ff. de legat. 2. l. 2. §. omnia. C. de veteri iure enucl. §. cumque hoc 3. in procem. Institut. cap. super literis 20. de rescript. c. cum aliquibus 4. eod. tit. lib. 6. Roman. conf. 366. Quæritur. in princ. Card. Tusch. d. lit. A. conclus. 144. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 56. n. 88. & privil. 65. num. 47. & decif.

29. n. 9. Mar. Antonin var. resol. lib. 3. resol. 19. num. 5. Actus verò quando principio, vel fini attribuitur, vide Card. Tusch. lit. A. concl. 153.

## XXXV.

ACTUS non potest subsistere sine substantia, l. cum hi 8. §. Prætor ait. ff. de transact. l. cum precario 12. ff. de precar. c. tua nos. 26. de sponsalib. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 26. n. 106. nec subsistere potest sine sua materia. l. nec emptio 8. ff. de contrah. empt.

## XXXVI.

ACTUS sumunt suam denominationem ab objecto. l. verum 39. ff. de furtis. c. cum voluntate 54. in pr. de sent. ex com. Thom. 1. 2. quest. 18. art. 6. in corpore. ad fin. & quest. 1. art. 3. Et regulantur secundum naturam sui subiecti. l. ejus 16. §. 1. ff. de operis libert. Et actus agentium sunt in patiente bene disposito. l. in omnibus. 55. ff. de act. & obl. l. si ego 18. ff. si certum pet. leg. 1. C. de hered. instit.

## XXXVII.

ACTUS agentium non operantur ultra intentionem eorum, l. 3. §. l. non omnis 19. ff. si certum pet. l. in agris 16. ff. de acquir. rerum dominio. (Jas. in l. si extraneus. ff. de Acquir. vel Om. hered. multo minus contra illorum intentionem post Menoch. Wesemb. & alios Dalnerus de renunciat. cap. 19. num. 13.) Ægyd. Bellam. conf. 33. n. 38. ubi subdit maxime procedere in iis, quæ pendent à potestate. Socin. reg. 10. Alex. conf. 146. In caus. num. 10. & seq. lib. 5. Mantie. decif. 267. n. 3. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 13. Anton. Gomez tom. 1. var. c. 7. num. 4. (Modo res sit perfecta. Bald. in l. quod sine. C. de test. & in l. cum allegas. C. de usur. & appareat de intentione agentis: Nam voluntas in mente retenta nihil operatur l. 50. ff. de condit. & ibi Anton. Faber in ration. decidend. l. 25. C. de transact. l. si repetendi. 7. C. de Cond. ob caus. item agatur de vero non quod contractu. l. is qui 13. §. ult. Commod. & sermo fiat de actione directa non utili. l. si absenti 4. C. si certum pet. nec ex persona agentis actus aliter veniat interpretandus. Mod. Hiss. in rub. de I. & I. & omnia tamen hæc tantum possunt) intelligi de intentione principali agentium, non secundaria, Card. Tusch. d. lit. A. concl. 125. per tot. & im-

pri-



primis, n. 3. Elamin. Paris. de confident. quest. 27. n. 139. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archid. Neapol. decis. 75. n. 22. & decis. 175. nu. 10. part. 1. Seraphin. decis. 890. n. 2. Anton. Monach. Lucens. decis. 14. nu. 41. Cels. Argel. de contradict. legit. quest. 10. n. 36. Rot. decis. 555. num. 4. apud Farinac. p. 1. recent. Vide infra sub verb. intentio. Magdalen. de numero testamenti requisito, p. 3. c. 2. n. 49. Alexand. Trentacinq. conf. 19. n. 1. p. 1. Reynoso obs. 63. num. 18. Valenzuel. conf. 112. n. 74. & conf. 119. n. 86. & conf. 123. n. 55. tom. 2. Rota decis. 236. n. 1. & decis. 373. num. 2. part. 2. in posthum. Farin. alias p. 4. recent. [sic v. c. esset iniquissimum, ut qui ceu emrum traditumque quid perierit, prohibeatur petere, si legatum postea esse compere-rit. l. 29. de A. E. l. 12. de transact. contra regulam ne actus operetur ultra intentionem agentium.]

Limita, qui actus agentium operatur ultra intentionem eorum, ad tollendum dolum & absurdum; nam solutio debitoris facta secundum intentionem, semper est ad tollendam obligationem debitoris, & tamen si debitor solvat ei, qui non habet mandatum, vel non potest liberare, non tollitur obligatio precedens, sed inducitur nova obligatio recipientis ad restituendum exactum, ut per Alex. conf. 37. Viso in princ. lib. 3. prout illum refert Card. Tusch. d. concl. 125. n. 12.

## XXXVIII.

ACTUS semper iudicatur à principali intentione agentium, l. si quis nec causam 4. in princ. & ibi Bald. ff. si certum pet. l. qui exceptionem 40. ff. de condict. indeb. l. 1. C. ad legem Cornel. de Sicar. Tirag. de retract. lig. § 30. gloss. 1. n. 4. Covar. lib. 2. var. c. 4. n. 5. Anton. Gomez. tom. 2. var. c. 2. num. 10. [Unde etiam semper inspiciendum est, quid actum sit. l. ult. Qui sine manu ff. l. semper 34. de R. l. l. etiam qui 41. de V. O. Mantica de tacit. & ambig. convent. 3. 13. n. 39.] quia actus quantumcunque favorabilis, contra voluntatem agentis minime sustinetur, l. si idem servus 14. ff. de legat. 2. l. si cum pure 31. §. 1. ff. ad Trebell. l. verbis 7. ubi Doctores. ff. de vulg. & pupill. nam actus non à nomine, sed ab effectu iudicatur. l. insulam 6. ff. de prescripti. verb. l. cum manu sata 80. §. fin. ff. de contrah. empt. l. si olei 21. C.

de locato. [ & omnis actus ex fine venit dijudicandus, l. 39. de furt. leg. 14. ff. ad ad L. Cornel. de Sicar. l. 14. C. de iud. ]

## XXXIX.

ACTUS omnis iustificatur propter scientiam, & patientiam superiorum, l. quid sit fugitivus 17. §. 12. vers. ego puto. l. quod si nolit 31. §. qui assidua. 20. ff. de adilit. edicto. c. nisi essent 21. de prebend. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 2. num. 88. Mantica de tacit. & amb. convent. 1. 13. n. 11. & 3. 9. num. 35. Nam auctoritas superioris excusat à poena, gloss. in c. dixit. 24. quest. 5. Farin. in praxi crimin. q. 52. n. 83. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 19. num. 4. & facit licitum, quod alias est illicitum, l. non videtur 167. §. qui iussu 1. ff. de Regul. Juris. cap. quod quis. 24. de Regul. Jur. lib. 6. Doctores in l. iuste possidet 11. ff. de acq. poss. Farin. in de praxi crimin. quest. 97. n. 1. cum seq. quam refert Mari. Anton. citato loco.

## XL.

ACTUS non dicitur perfectus, quando est partim factus, & partim non, leg. 2. §. 4. ibi. qui ipsi animadvertunt aliquid deesse. ff. de origine Juris. cum citatis à Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 63. n. 3. Rot. decis. 725. n. 7. in fin. apud Farin. p. 2. recent. paria enim sunt actum non incipere, vel coeptum non perficere, l. fin. §. illud 1. C. de codicillis. pen. Instit. quibus modis testam. infirm. [Add. Goedd ad l. §. 1. de V. S. n. 8. & seqq. ubi late hanc regulam explicat, potest tamen ea declarari, quod procedat potissimum in his quæ actum solennem continuum & absolutum requirunt, ut sunt testamenta: Non etiam in his cujus singula partes per se consistunt.]

## XL.

ACTUS mera voluntatis excludit Juris necessitatem, gloss. & Doctores in l. solent. 6. §. fin. ff. de officio Procons. & in l. cum de in rem vers. 6. ff. de usuris. gloss. verb. temporis, in cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa poss. & propriet. Garc. Gironde de privilegiorum, seu exempti, explicat. n. 278. [Wesemb. paratit. de Usucap. n. 10. & de rescind. vend. n. ult. Bach. 2. d. 22. th. 3. lit. 1. imo & saepe quæ juris necessitas non exigit, patria tamen non remittit. leg. 35. Cod. de decur.]

## XLI.



## XLI.

ACTUS legitimi non recipiunt diem, neque conditionem, ideoque non possunt stare in suspensio. *l. actus legitimi* 77. ff. de regulis juris, c. actus legitimi 50. cod. tit. lib. 6. actus legitimi non sunt iterabiles, inquit Cujac. in C. in quibus cas. tut. vel curat. 573. D. sic legata semel optione servi semel tantum optare licet. leg. 5. pr. de Leg. 1. late Card. Tusch. d. lit. A. conclus. 129. per totam. Roman. conf. 403. nu. 19. & 20. Rot. decis. 638. num. 4. p. 2. recent. Quæ quidem citata Jura in priori parte, quatenus de actibus legitimis agunt, intelliguntur de illis, qui vel ex rei natura, vel ex speciali legis prohibitione, conditionem recipere prohibentur: sequentia autem eorum verba, videlicet, conditionem non recipiunt, idem important, ac si diceretur, vitiantur per conditionis, aut diei appositionem, id enim important verba, non recipiunt, hoc est, non sunt capaces conditionis, vel diei: ut sic reducat illa regula, actus legitimi de Reg. Jur. lib. 6. ad sensum & dispositionem, d. l. actus. quæ non eò tendit, ut ostendat quinam sint actus legitimi, sed ut ostendat actus legitimos, quicunque illi sint, illos nempe, qui vel ex rei natura, vel speciali legis prohibitione prohibentur conditionem recipere, per temporis, aut conditionis appositionem vitari non obstante reg. cap. ad Apostolicam 16. de regularib. c. viduum 29. caus. 2. q. 6. in specie text. in l. obtinuit 3. ff. de conditionib. & demonstrat. cap. fin. de condition. apposit. Quibus & aliis Juribus constat, sæpe actus contra legis prohibitionem celebratos obtinere, quando non simplex & absoluta proponitur prohibitio, sed secundum quid, & conditiones adjunctas, contra Juris prohibitionem, nullatenus dispositionem vitare.

## XLII.

ACTUS geminatus inducit majorem firmitatem & plus operatur, quam simplex *l. Balista* 32. ff. ad Trebel. l. 4. junct. gloss. ult. ff. de pignorat. act. Bart. in l. cum scimus 22. C. de agricol. & cens. lib. 11. Tiraq. in l. si unquam 8. verb. revertatur. n. 49. C. de revocand. donat. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. c. 2. a num. 4. & c. 4. n. 31. & in rub. C. de bonis matern. p. 1. n. 14. vers. inde etiam, & num. 43. Brun. in tract. de augm.

quest. 4. princ. n. 15. Gig. de pensionib. q. 100. n. 5. Hippol. in l. 1. sub n. 38. C. ad leg. Juliam de Sicar. Everhard. in cent. leg. loco à locutionis geminatione. Casan. in catalogo gloria mundi. p. 8. confid. 27. ad finem. Emman. Costa in l. si ex cautioribus fallent. 14. C. de non pecun. Perez in addit. ad Segur. in l. si ex legati causa 22. n. 183. ff. de verb. obligat. Menoch. de arbitr. casu. 213. n. 37. & consil. 10. n. 1. Mascard. de probat. conclus. 347. n. 37. cum seqq. & concl. 621. n. 37. Surd. decis. 11. num. 10. & 20. & decis. 232. n. 2. Steph. Grat. discept. forens. cap. 395. n. 35. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 1. 61. nu. 6. & resol. 110. num. 1. lib. 3. resol. 1. n. 32. Cardin. Tusch. tom. 4. lit. G. concl. 28. Cardin. Mantica. de tacitis & ambiguis convent. lib. 19. tit. 2. num. 6. Rot. decis. 676. n. 2. apud Farin. p. 2. recent. Vide infra sub verb. Geminatio.

## XLIII.

ACTUS duo eodem die, loco, & coram eisdem testibus gesti sunt correspectivi. *l. si ventr. 9. al. 24. §. fin. ff. de priv. cred. l. l. et. 40. vers. dicebam ff. si certum petatur.* Card. Seraphin. decis. 359. num. 14. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 42. n. 48. Bernard. Grevæ. ad prædicam Cameræ Imper. lib. 2. concl. 12. n. 7. [Imò pro uno actu habentur Curt. conf. 54. super duobus. col. 1. in fin. Unde est quod uno eorum annullato annulletur & alter, Carpz. 5. conf. tit. 7. Resp. 65. n. 20. sicut è contra posito uno ponitur & alter Carpz. p. 2. C. 41. d. 10. n. 4.] Aliàs autem censetur factus qui præcedere debuit, & qui debuit prius fieri, Alex. conf. 81. Lecton. 7. lib. 3. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 136. n. 56. Molin. de primogen. lib. 2. c. 7. num. 51. Mascard. de probat. concl. 244. num. 4. Surd. decis. 288. num. 33. Cott. in memorabil. verb. Actus. Flamin. de resignat. benefic. lib. 4. quest. 2. num. 26. cum seqq. Sanchez de Matrimon. lib. 3. disput. 35. num. 19.

## XLIV.

ACTUS debet semper interpretari ut aliquid operetur, non autem ut sit inanis, & inutilis, *l. quoties* 12. ff. de rebus dub. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 135. num. 1. In dubio enim quilibet præsumitur elegisse viam, per quam dispositio sua sit utilis, & habeat effectum, non autem ut impugnari possit, & reddi ad nihilum, *l. 3. ff. de testam.*



testam. milit. Alciat. de presumpt. reg. 3. pref. 33. Socin. jun. conf. 103. n. 28. lib. 1. Afflict. decis. 44. n. 25. Non enim præsumitur actus elusorie, & frustratorie factus, Mascard. de probat. concl. 595. à princ. Card. Tusch. tom. 4. lit. F. conclus. 520. n. 4. (Imò actus frustratorios jura improbant & detestantur, l. 14. §. 1. ut leg. vel fideic. servand. l. 3. pr. de jurejur. Frid. Pruckman. vol. 1. conf. 42. n. 5. Bcf. 4. conf. 147. n. 6.) v. infra de interpret.

## XLV.

ACTUS in dubio debet interpretari validus, l. quoties 12. ff. de reh. dub. l. quoties 80. ff. de verb. obligat. l. si quando 109. ff. de legat. 1. adde Richierum reg. 3. (verba enim legum sicut & alterius cujusque dispositionis intelligenda sunt de actu valido, l. quoties 6. q. 1. satisdare cog. l. non putavit. 8. §. non quavis 2. de bon. poss. contra tab. l. 4. §. Condemnatum. 6. de re jud.) Abb. conf. 60. In contro. vers. col. 1. n. 7. vers. tertio. lib. 2. Roland. à Valle conf. 61. n. 23. & seq. vers. quinto considerandum. lib. 3. ubi extendit ad omnem actum, latè Rom. conf. 180. Si admittimus. n. 4. cum seqq. ubi extendit ad omnem dispositionem, videlicet contractus, testamenta, juramentum, attestaciones, & privilegia, Bertaz. de clausulis instrum. claus. 1. gloss. 4. n. 5. & in repet. l. si quis major. 41. C. de transact. n. 506. Pichard. ad §. si quis alium. n. 4. Instit. de inut. stipul. Ferrer. in constit. Cathalonie. gloss. 1. n. 151. Scacc. de appellat. quest. 2. n. 29. & q. 3. n. 3. & q. 15. n. 225. in fine. Rot. decis. 469. n. 3. p. 2. recent. Card. Tusch. d. tom. 1. lit. A. concl. 136. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 20. n. 16. Surd. conf. 44. n. 21. Giurba decis. 36. n. 18. Nam omnis interpretatio admittitur ad sustinendum actum, Rot. decis. 469. n. 3. p. 2. recent. Roland. à Valle d. conf. 61. n. 26. lib. 3. Card. Tusch. d. lit. A. conclus. 136. n. 14. & ista quæ fit pro validitate actus, est regina aliarum interpretationum, Cephal. conf. 51. n. 39. Cardin. Mantic. de conject. ult. volum. lit. 12. tit. 1. n. 13. etiamsi aliquid quandoque disponatur præter intentionem agentium, c. 1. §. idem quoq; in fin. de despon. sat. impub. lib. 6. Federic. de Senis conf. 15. num. 4. vers. item contra; vel quamvis verba improprietur, Fulgos. conf. 87. Pifis superius allegatis. col. 2. vers. ex illa quoque vulgari. Abb. consil. 62. in controverfia col. 3. num. 7. vers. tertio principaliter. lib. 2. Rom. d. conf. 180.

n. 4. fin. & n. seq. Card. Tusch. d. conclus. 136. n. 32. & seq. Nam tanta est presumptio quæ oritur propter validitatem actus, ut omnes alias vincat presumptiones, Dec. in cap. quoniam Abbas 14. n. 49. vers. secundo limita, de offic. deleg. & conf. 77. n. 5. Ruin. conf. 72. n. 4. lib. 2. Alciat. de presumpt. reg. 1. pref. 30. n. 5. Roland. à Valle conf. 61. n. 27. lib. 3. Unde si verba possunt referri ad actus validos & invalidos, etiam quod sint prolata in genere & in certa scientia, referri debent ad actus validos, Bolognin. conf. 31. n. 14. vers. tertio. quem refert Card. Tusch. d. tom. 4. lit. 1. conclus. 330. n. 60. Dec. conf. 234. n. 5. Rota decis. 634. n. 4. part. 2. in posthum. Farin. alias p. 4. recentior. (Unde est, quod quoties lex de actu aliquo disponit non facta mentione solennitatis, omnes eas intervenisse subintelligendum sit. arg. l. 2. §. prætor ait. junct. gloss. in verbo, vocabit. qui satisd. cog. Hartman. Pilt. 2. q. 27. n. 9. & 10.)

Intellige actum debere sustineri validum in dubio secundum propositum agentis, non autem secundum oppositum, ideo transigens omni meliori modo, si non valet ut transactio, non etiam sustinebitur ut pactum gratuitum, quia sunt opposita; quia in transactione aliquid debet dari, vel remitti hinc inde, secus in pacto gratuito, Angel. conf. 94. Cum lis, in fin. vers. nec obstat. prout illum refert Card. Tusch. d. concl. 136. n. 81. (quod etiam procedit in causa favorabili, l. 14. de leg. 2. l. 31. in fin. pr. ad SC. Treb. l. 7. Ubi Dd. d. V. & P. substit.) Intellige etiam Axioma hujusmodi non procedere, quando si actus sustineretur, excederemus facultatem gerentis actum, vel induceretur delictum, aut quis delinqueret in officio, quia tunc potius annullatur, Alex. conf. 179. Visis ac ponderatis. n. 3. & 4. lib. 7. Card. Tusch. d. concl. 136. n. 84. ubi n. 73. post. Rot. decis. 366. n. 7. p. 1. divers. subdit, interpretationem obscuram & cavillosam non debere fieri ad sustinendum actum, quia intolerabilis interpretatio semper excluditur.

## XLVI.

ACTUS dubius semper debet interpretari, ut minus sit damnosus gerenti, & plus utilis, quam esse possit, quia hæc est naturalis intentio gerentis actum, ne sibi noceat, ut per

D

Grav.



Cravet. *conf.* 14. num. 8. & *conf.* 106. n. 8. & 9. *Parif. confil.* 53. n. 4. lib. 4. Rot. *decif.* 506. num. 4. apud Farin. p. 2. recent. Card. Tufch. d. lit. A. *concluf.* 138. n. 1. & tom. 4. lit. I. *concl.* 330. num. 56 (quibus add. Bart. in l. gerit. de acquir. hered. Tiraqvell. de retract. *confang.* §. 30. gloss. 1. n. 34.) ubi num. 67. post Alex. *confil.* 185. num. 2. lib. 6. subdit quod quando actus potest habere duplicem effectum, interpretatur in parte quæ magis utilis est. (& semper debet benignius interpretari, l. 51. pro Soc. l. 56. de R. I. 155. de furt.)

## XLVII.

ACTUS dispositio interpretari debet, ut videatur provisum causa magis necessaria, & utili, l. cum ex pluribus, 103. ff. de solution. Bart. in l. tritum cum 94. ff. de verb. oblig. & in l. ult. C. de aliment. pupill. prest. Menoch. *conf.* 195. num. 5.

## XLVIII.

ACTUS in dubio censetur potius ex causa necessaria, quam voluntaria factus, l. Aristot. §. 1. ff. de jure de lib. l. pater filium §. 4. in fin. ff. ad l. Falcid. l. miles 11. §. fin. ff. de adult. l. proximè 50. ff. de ritu nupt. l. si cum dotem 22. §. si pater 3. ff. soluto matrim. l. huiusmodi 84. §. cum pater 6. ff. de legat. 1. Crav. *confil.* 106. num. 9. & seq. & *conf.* 119. num. 12. & *conf.* 125. num. 12. & *conf.* 272. num. 4. & *conf.* 304. num. 5. vers. actus. Rom. *conf.* 247. Primo col. 2. vers. est igitur Card. Tufch. d. lit. A. *concluf.* 138. num. 2. latius *concl.* 549. per totam, ubi n. 2. post Bald. *confil.* 35. post med. vers. facit lib. 2. ampliat, ut procedat etiam in dispositione legis, ut in dubio censetur emanasse in causam magis necessariam.

## XLIX.

ACTUS corrumpit omnia forma legis, l. cum hi 8. §. si prator. 17. ff. de transact. l. traditionibus 20. C. de pactis. cap. cum dilecta 22. de rescript. cap. quin propter 42. de elect. cap. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6. c. quæ contra 64. de regulis juris, lib. 6. Everh. in topicis legal. loco 53. Rebuff. in tract. de pacificis possess. n. 155. Tiraq. de retract. & convent. §. 4. gloss. 6. n. 71. ubi intelligit, etiamsi omitatur in minimo, Surdus *decif.* 268. n. 8. Card. Pereira de potest. elig. cap. 7. n. 13. Valasc. *confil.* 107. n. 3. & *conf.* 133. n. 4. Joseph. Sesse Arag. *decif.* 30. n. 10. Escob.

de ratiocin. c. 1. n. 19. Ferr. in *constit.* Catalan. gloss. nu. 350. Joan. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 2. c. 4. n. 104. Farinac. in praxi crim. p. 4. *conf.* 95. in addit. lit. 4. Mar. Anton. var. lib. 1. *resol.* 26. n. 3. & lib. 2. *resol.* 47. n. 17. Ant. Monach. Lucen. *decif.* 53. n. 35. Thom. de Thomasset. in floribus legum reg. 213. (nec ex subsequenti legalitate confirmatur Myns. 1. O. 78. & 2. Q. 18.) Dd. tamen communiter intelligunt id procedere, quando omittitur forma essentialis & necessaria, Rot. *decif.* 15. n. 3. apud Farin. p. 2. recent. Reinos. *obs.* 28. n. 11. Valenzuel. *conf.* 173. n. 39. tom. 2. Vide infra sub verb. forma. (Non etiam si accidentaliter est. Add. Jaf. in l. vinum. n. 33. de R. C. per l. 1. C. de Re iux. act. Wessensb. in parat. de accus. n. 12. in fin.)

## L.

ACTUS à principio nullus, nullum producit juris effectum. l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re judic. cap. ad presentiam 16. de appellat. latè Roman. *conf.* 412. Pro habenda. num. 4. cum seqq. Roland à Valle *conf.* 63. n. 33. & *confil.* 76. n. 21. lib. 1. Card. Tufch. d. tom. 1. lit. A. *concl.* 139. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. *decif.* 250. n. 2. in 1. edit. alias *resol.* 219. n. 2. in 2. edit. Seraphin. *decif.* 292. n. 2. ubi ait: quod actus ipso jure nullus convalescere non potest, (Unde est quod actus nullus propter inhabilitatem personæ agentis superveniente habilitate non confirmetur. l. si minor 4. de serv. export. c. si eo tempore 9. de rescript. in 6. pulchre. Dec. *con.* 561. in cas. in fin. vol. 4.) Verum licet actus nullus nihil operetur, operatus tamen declarationem mentis ipsius gerentis actum latè Roman. *conf.* 179. Amplissime Doctor. n. 11. Bellon. *conf.* 5. In puncto n. 12. vers. ne dicat aliquis, Reinos. in praxi *decis.* observ. 74. n. 8.

## LI.

ACTUS contra legis, seu statuti prohibitionem factus est nullus, etiam quod eadem lex, sive statutum post prohibitionem actum expressè non annullat, l. non dubium 5. in princ. C. de legib. ubi Bart. n. 2. ver. tu juven. & n. 13. Bald. ante n. 1. vers. quidam servavit. & n. 2. vers. quarto nota. Paul. de Castro. n. 2. vers. in secunda. Jaf. n. 17. in 8. notab. Tir. ad leges connub. gloss. 4. n. 7. Virg. Boc. in *constit.* Picen. gloss. 6. n. 10. Soar. de legib. lib. 5. cap. 25. num. 1. & 2. & cap. 27. n. 2. Salas in simili tract. quæst. 96. tract. 14. disp.



diff. 15. sect. 8. num. 16. (Declara hanc regulam i. quod ea tantum sit accipienda de statuto ejus loci, ubi actus celebratur. vid. l. 6. de Evid. & plures apud Carpz. 5. cons. tit. 9. Resp. 96. n. 8. & 3. cons. tit. 1. Respons. 13. num. 10.) 2. quando lex seu statutum prohibet actus substantiam, quia secus esset, si in aliquo actu solum qualitatem prohiberet, cum tunc actus contra legem factus non esset nullus, sed validus. Soar. d. c. 25. an. 10. Salas d. sect. 8. n. 19. in fin. & n. 20.

LII.

ACTUS perfectio consistit in conclusionem: l. contractus 17. C. de fide instrum. l. si voluntate 8. ubi Bald. C. de rescind. vendit. Surd. consil. 282. n. 17.

LIII.

ACTUS omnis consistit in voluntate & potentia agentis. Socin. reg. 30. vers. 3. Cov. in cap. cum esses 10. num. 7. de testament. & var. lib. 3. cap. 6. n. 9. Menoch. consil. 1. num. 259. & de presunt. lib. 1. pres. 80. num. 11.

LIV.

ACTUS in dubio videtur factus nomine proprio, non alieno. l. & magis 4. ff. de solut. l. Papinianus. 28. ff. mandati l. si ita stipulatus fuero. 126. §. Chrysogonus. 2. ff. de verbor. obligat. l. pro hered. 20. ff. de acquir. hered. l. si parum. l. 9. de probat. & pres. Tiraq. de retractu lig. §. 10. gloss. 1. num. 3. Gutier. de tutel. p. 1. c. 1. num. 22. & p. 2. c. 10. n. 1. (Quod tanto magis presumitur, quanto quis agit bona sua obligat. Soc. Sen. 3. consil. 100. col. 2. vers. 2. Bald. 5. consil. 333. Men. 1. consil. 58. num. 54. & seq. l. Et sitis. 9. C. de pred. & aliis reb. min.

Fallit hæc regula in Tutore & Curatore faciente id, quod nomine alieno obligatus est agere. Et ideo licet quid faciat nomine suo presumitur, tamen & censetur facere nomine pupilli. l. 46. §. 2. de administr. tut. Bart. in l. Titium 47. §. altero 6. num. 2. ff. de cod. tit. Surd. 1. consil. 9. num. 4. Mascard. de prob. vol. 1. concl. 38. num. 213. Unde tutor non solum presumitur solvisse de pecunia pupilli. Mascard. concl. 139. num. 6. Cravett. 1. consil. 129. num. 3. maxime quando non erat adeo dives, ut possit presumi eam pecuniam, quam solvit, habuisse. Cravett. d. loc. Sed & continuans mercantiam vel negotia patris censetur nomine pupilli continuare. Gut. de Tut. & Cur. p. 2. c. 10.

num. 9. Masc. d. l. num. 14. v. Berlich. decis. 14. & 15.

LV.

ACTUS quando ex duplici capite fieri potest, ex utiliori & firmiori factus censetur. l. 3. ff. de testam. militis. l. cum pater 29. ff. de iure dot. Reinos. in observ. practis. observ. 8. n. 12.

De Actibus mere facultatis  
v. infra Facultas.

CAP. XXVI.

De Actu perfecto & impleto. Multa sunt perfecta, quæ non dicuntur completa.

Sic stipul. verbis perficitur numeratione vel datione impletur. Emptio Venditio perficitur nudo conversa impletur numeratione pretii & mercis traditione. Matrimonium perficitur consensu, non impletur; implere enim nihil aliud est quam consummare concubitu. add. Cujac. l. 4. Resp. Scæv. in l. 8. de Rescind. vend. sæpe tamen in iure & hæc sumuntur promiscue, ut in l. 21. §. ult. ad municip. l. 17. C. de fid. instrum. l. 1. C. de vend. reb. civ. lib. 1. l. 9. §. sed quod prator. 3. Quod met. causa. l. 7. de Novat.

CAP. XXVII.

De Additamento & Adjectis.

Axioma I.

Addi nec minui quidquam potest ei, quod est pro forma introductum. l. fin. C. de suis. & leg. vide infra de Forma.

II.

Si dispositioni quid addatur contra rei naturam, in eo dispositio non valet. l. 1. §. 1. si usufruct. pet.

III.

ADDITAMENTUM non mutat naturam ejus, cui adjicitur, imò sequitur eandem naturam, & eandem actionem imitatur, alias esset destrueret, & non addere. (text. est in l. 26. §. 2. vers. nec separabitur pactio, de pact. dot. l. 8. C. de iur. dot. ubi vide omnino prolixè hæc tractantem Barbof.) Oldrad. consil. 131. n. 12. vers. & hoc clarior. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 182. n. 1. ubi num. 3. post Roman. cons. 45. declarat, procedere si additamentum non auget, neque minuit actum primum, cui sit adjectio, quia censetur idem actus cum primo (Unde si inutile non vitiat cetera l. Non solent. 94. ff. de Regul. iur. & ibi Gothofr. in not. sed ipsum vitatur, textus elegans: in